



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

9. De irregularitate ex homicidio ob defensionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

tui deum  
est, cum  
vindictam  
returnem  
umbombi  
ticus pof  
cape, a  
cessus di  
finem.  
dici aut  
lienam  
t, cui Clau  
endum  
er Canan  
regulari  
tatis, alio  
regulari  
necessari  
abl. autim  
infambo  
nec quic  
is, quia  
i posse  
em velmi  
to & part  
ciunapar  
Nam qui de  
mine, qui  
ndirectan  
lunat

luntate censetur esse causa mortis, quippe ad quam decernendam Iudex ratione officii sui moueri solet, occasione eiusmodi denunciationis. Verum talis indirecta voluntas, secundum Canonum constitutio-nes retractari censetur, per protestationem illam, eo falsoem casu, quo quis suam vel suorum iniuriam prosequitur.

## C A P. VIII.

*De Irregularitate ex homicidio contingente  
in bello offensiuo.*

Q Vi in bello offensiuo propria manu occidit vel  
mutilat, irregularis efficitur, in bello iusto ex  
defectu perfectae lenitatis ex iniusta deformatione.

Qui bello iusto intersunt, ope inque adferunt, si  
neminem propria manu mutilent, irregularitatem  
non contrahunt, idque ideo ne homines metu irregu  
laritatis à bellando absterrentur. Secus est in  
bello iniusto, in quo ob vnius occisionem vel mu  
tilationem omnes, qui auxilium attulerunt,  
irregulares efficiuntur, tanquam vna causa mo  
ralis.

## C A P. IX.

*De Irregularitate ex homicidio ob defen  
sionem.*

Q Vi ob necessariam corporis sui defensionem  
occidit vel mutilat hominem, irregularis non  
fit, nec infantes nec dormientes, nec Clericum, nec  
occidentes inuasores suos.

Qui ob necessariam Reipubl. vel hominis inno  
centis defensionē ex obligatione charitatis pugnat,

H h 3      irregula-

irregularitatem non contrahunt. Ratio, Irregularitas non incurritur, nisi ex homicidio spontaneo, hoc autem de quo loquimur, non omnino spontaneo, sed cogente necessitate legis patrata est. NB. Ioh. carnifex, sponte assumserunt officia sua.

NB. Clerici in maioribus pugnantes proprium in bello defensu, incurritur irregularitas, quando per laicos vis & iniuria depelli potest, sive per laicos patria ab inquis inusitatis liberantur queat.

¶ Qui iniquum aggressorem (furem etiam) obfatur bonorum defensionem mutilat, occidit, impudicaris efficitur ob defectum mansuetudinis, quia magis conforme est Christianæ charitati ad imitationem mansuetudinis Christi, iniuriam sustinere, secundum in defendenda vita. Hunc enim casum canonice cuperunt, quod tanto minor in ea cernatur mansuetudinis defectus, quanto maior & natura conluctior vitae defendendæ necessitas.

## C A P. X.

### *De Irregularitate ex homicidio voluntario & Casuali.*

¶ OB Homicidium merè casuale ac fortuitum, incurritur irregularitas, siue aliquis deditum rei licitæ seu illicitæ; quia irregularitas non incurritur nisi in casibus iure expressis.

¶ Adulteri irregularis efficitur, si occasione adulterii homicidium, occidendo maritum aggressus, cutum est, modo ille tale periculum prævideret, quia indirecte causam præbuit secuti homicidii propriæ vitae defensionem.

NB. Irregularis efficitur, qui iubet aliquem videri occidere.